

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Cum laruis non luctandum. Emblema CLIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

nibus anteuertenda vita cura. Optimè etiam huc quadrat illud iuris, Anima est præferenda rebus aliis corporalibus, adeò absurdum quibuscunque causis vel vasis animas hominum postponi. I. sancimus C. de sacros. Eccles. c. præcipuis, 12. q. 1. c. soluta, de maior. & obedient. Et turpe animam lucro vendere, & propter vitam uiuendi causas perdere, qui ita militant quã diu spitant, vt renunciare vitæ malint, quã carere exuuiis. Notent id auari illi Euclionnes, qui si aliquando morbis vel vulneri-

bus afflicti decumbant, ne perito euidam Pro J. n. medico dignum & debitum honorarium rate non dare cogantur, sanitatem & vitam pecuniam parcentiã postponunt: Et hi iusto Dei iudicio sepe in agyras, mulomedicos, circum foraneos, & immanes tortores incidunt, quibus nullo auro satisfacere possunt, ab illis tamen excarnificantur, exossantur, & nõ sanantur; sic deniq; habent suas labra lactucas. At nobis nunc cum laruis lacta oblata est.

Cum laruis non luctandum.

EMBLEMA CLIIII.



Æ ACIDAE moriens percussu cuspidis Hector.
 Qui toties hostes vicerat ante suos;
 Comprimere haud potuit vocem, insultantibus illis,
 Dum curru & pedibus neclere vincla parant.
 Distrabite vt libitum est: sic cassi luce leonis
 Cenuellunt: barbam vel timidi lepores.

COM-

COMMENTARI I.

I. LEO mortuus humi prostratus, supinus hic iacet, circa que magna petulantia lasciuuit leporum turba, barbam & iugas eius vellens.

II. ID sumptum esse liquet ex Homericę Iliados. Gręci Hęctorem ab Achille iā interfecitum circumstantes impetebant, & mortuo insultabant, nec erat quisquam, qui extincto vulnus non infligeret. Sic enim Homerus:

Locus Homeri.

---άλλοι δὲ περίδραμον ὄϊες ἀχαιῶν, οἱ καὶ δησαντὸ φωνὴν καὶ εἶδος ἀνητὸν ἔκτορος οὐδ' ἄρα οἱ τίς ἀνουτητῆγε παρῆσι ᾧδ' δὲ τις ἔπεισεν Ἰδῶν ἰς πλεστον ἄλλον, ᾧ πόποι, ἢ μάλα δὴ μαλακώτερος ἀμφόσαστοιο ἔκτορ, ἢ ὄτε νῆας ἐνὶ πρῆσει πυρὶ κηλίω, ὡς ἄρα τίς ἄπεισκε, καὶ ἐτίστακε παρασῆς.

---alii autem accurrerunt filii Achiuorum

Qui & mirari sunt staturam & formam spectabilem

Hęctoris: neq; ei quisquam sine vulnere alitit.

Sic verò aliquis dicebat aspiciens propinquum alium:

O Di, quàm multo profectò mollio conrectatur

Hęctor, quàm quando in naues sæuebat igne vrente.

Sic quispiam dicebat, & vulnere insigebat altans.

At reliqui Graj accurrunt cinguntq; cadauer,

Hęctoris eximiam speciem formatq; stupentes:

Nec tamen asstitit exanimi sine vulnere quisquam.

Tunc aliquis socio fundebat talia verba:

Mollior ab quanto iacet hic nunc inclitus Hęctor,

Quam Danais quando est iaculatus puppibus ignes.

Sic dicens, iels in vulnere vulnera figit.

Ceterum tertium Emblematis distichon sumptum est ex 1. lib. Epigram. Græcorum, incerti autoris, tit. εἰς ἀνδρείαν, quod sic habet:

βάλλετε γῆρ μετὰ πότμον ἰμὲν δέμους,

Emblematis 17. tus.

ὅτι καὶ αὐτοὶ νεκρῷ σώματι λοιπὸς ἰρὺ βέλτεσι λαγοῦσι. Quod sic sonat:

Post mortē, Danaī, nostrum configite corpus, Et lepores audent caco insultare leoni.

Paræmiographus sic vertit:

Nūc telis petitate meum post fata cadauer; Audet vel lepus exanimi insultare leoni.

Sic verò Thomas Morus:

Proijcitate meum, Danaī, post fata cadauer, Nō metuunt lepores defuncti membra leonis.

Verba sunt Hęctoris à Gręcis bigis rapti, quibus timiditatē & μικροψυχίαν ab ingenis bellatoribus omnino alienam peritringit. Allusum est autem ad proverbia,

Ingulare mortuos. & Mortuo leonī & lepores insultat. & Cum laryus luctari. & Mortuus rursus occidere. & Mortuis non conuiciandum.

ÆACIDÆ moriens &c.] Hęctor iam morti proximus, ictu Achillis deiectus. Achilles filius fuit Pelei & Thetidis, Peleus Æaci ex Eginę: vnde Achilles dicitur Peleus & Æacides, vt & alibi monuimus.

Qui toties hostes] Ouidiana est inuatio ex 1. de Arte:

Qui toties socios, toties perterruit hostes. Comprimere haud potuim] nō potuit eius vox ab illis non exaudiri in se insilētibus.

Dum curru & pedibus] dum aptant funes pedibus curru Hęctoris alligādis Hęctor enim ab Achille interemptus, bigis aligatus est, & circa Troiæ mœnia raptus. Virgil. 1. Æneid.

Ter circum Iliacos raptauerat Hęctora muros.

Idem 2. Æneid.

Raptus bigis, vt quondam, atq; cruento Puluere, perq; pedes traiectus lora tumētes.

Narrat idem Cretensis de bello Troian.

Sed tamen Achillem, bigis alligatum Hęctorem non viuum traxisse, sed mortuum eius corpus nihil iā sentiens, eleganter differit arguendo & etiam execrando Cicero lib. 1. Tuscul. quæst. Est autem hoc loco,

curru, dariui calus, pro curru quod prisca non insultatum, vt in illo Virgili 1. Æneid, notat Seruius.

Elecit equos, curruq; volans, dat lora secundo.

Et ib. dem:

Parce metu Cytherea.

III. Æacides.

Corruptio curru, dariui calus, pro curru quod prisca non insultatum, vt in illo Virgili 1. Æneid, notat Seruius.

Distichon

Distrahite ut libitū est] Discerpere me pro libitu. Lilius: Ita iam corpus passim distrahendum dabis.

Sic casti luce leonis] lumine priuati. Lux pro lumine, & lumen pro vita usurpatur à Cicerone, Virgilio, Lucretio, & quā plurimis alijs. Si quem præstantem dignitate & opibus hominem aduersa fortuna præcipitem de derit, in hūc passum omnes insiliunt, quem nimirum non iam tunc mordere posse putant. Quo pertinet iactatum vulgo, Arbore dei cū quibus colligit ligna.

Arbore dei cū quibus colligit ligna. id est: Spuis πασών πᾶς ἀνὴρ ζυλοῦ εἶναι. German Liget der baum so bricht ieder man holz dauon, auch die ihn vor pflanzen. Conuellunt barbam] Allusum ad illud, Barbam vellere. quod irrisionis signū est. Persius Satyra 1.

id est: Spuis πασών πᾶς ἀνὴρ ζυλοῦ εἶναι. German Liget der baum so bricht ieder man holz dauon, auch die ihn vor pflanzen.

Conuellunt barbam] Allusum ad illud, Barbam vellere. quod irrisionis signū est.

Persius Satyra 1.

Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat. Et Horatius 1. Serm. Sat. 3.

--- barbam tibi vellunt

Lascius pueri. Martialis item lib. 10. Epigram. 90. falsè iocatur de Ligella:

Quare si pudor est, Ligella, nolī Barbam vellere mortuo leoni.

IV. Non maledicendum mortuis.

MONEMVR, ne quid maledicentiæ in vita functos effundamus, aut petulanter ijs obloquamur. Quemadmodum enim in bellis maximè ridiculum est, & inaudita cuiusdam feritatis argumentum, si quis prostratos atq; iam interemptos feriat, aut quoquo modo afficiat: sic intemperantiæ est, & certè dementiæ maxima, mortuos iniurijs probrijsq; lacerare: vt sunt qui vel libris editis, vel priuatis aut publicis colloquijs, priscorum, aut etiam clarorū virorum dogmata reuellunt, & nigro dente lacerant, contra quos viuos ne hincere quidè auderent. Laertius Chilonem ait vetuisse, de mortuis malè loqui: quòd ignauum videretur eos incessere lingua, qui respōdere non possent, ac turpe esset cum vmbis & laruis lactari, nam id est sepultum quodammodo refodere, & (vt Aristophanis verbo utar) τὸς τὸ δὲν κῶτας ἀποκτείνω. id est: Mortuos occidere. Quæ res quam indigna sit bono atq; cordato viro, leuis est coniectura. Quamquā in ius idèd non sint vocandi qui foetissimæ vitæ turpissimum exitum historica veritate aliquādo solent describere: memorantur eum pieturque huiusmodi exempla, vt à vitis peccatiuos absterreant. Alioquin nefas esset nobis lu-

dam appellare proditorem, Neronem crudelē, Græchos feditiosos, Cæsarem taxare propter ambitionem, & ceteros item suis depingere coloribus. Philostratus Ælianum scitè coercuit, qui accusationē cuiusdam tyranni, sed iam mortui scripserat. Institutum istud tuum laudarem equidè, ait ille, si viuū accusasses: viuētem namque tyrannum incessere, viri esse duo; at mortuo insultare cuiusuis. τὸ μὲν ἄντα τὸν τυραννὸν ἐπικόπτειν ἀνδρῶσιν αὐτοῦ νομίζω τὸ δὲ ἴτα μὲν αὐτὸν νεκρῶν, παντός. Refert Plutarchus de Agelliao, quod cū Lylandri literas & orationē de nouandis rebus, deq; mutandō reipublice statu, corā exercitu legere veller, & Lysidrum defunctum esse audiret, noluit defuncti improbitatem aperire militibus: indecorum esse putans, simulatè exercere cum sepulto. Sic Munatius Plancus cū audisset in se orationes quasdam factas ab Afinio Pollicione, quas tamè nollet ante mortem eius edere, cum mortuis non nisi laruas lactari respondit. Cōtra Lepinē Demosthenes ait, Nemini mortuo maledicendum esse. Refert Zonaras Annal. 3. cū Eudoxia Heraclij Imperatoris funus essetretur, Epiphaniam filiam, quòd spuisset in cadauer, viuam rogo impositā & exustam fuisse. Laudatur Lycurgus, qui cadauera hostiū nudari venterit, rectè profectò, quipè qui humanitatis memor esset. Vituperatur contrā, vir alioqui magnus, Alexander Macedonius, qui cadaueribus pontis loco vsus dicitur, Et Verris crudelitas à M. Tullio incessitur 7. Verrina, quòd nauarchos innocentes nō modò vita priuasset, sed & eorum cadauera sepelienda non prius parentibus reddidisset, quàm ab eis certam mercedem accepisset. Rectè Homerus

ἐχέειν κταμένοι σιν ἰπ' ἀνδράσιν ἰοχέτασθαι.

Non sanctum est viris interfectis insultare Quod forsitan Virgilius imitatus est 11. Æneid.

Nullum cū victis certamē cū arbore castis. In eos, qui leuiter in humana cadauera locutus est Platonis longè pulcherrimus 3. de Repub. Ἀγέλιου δὲρον δὲ ἐδοκίμει καὶ φιλοχρηματῶν, νεκρὸν σὺλάν, ἢ γυναικείας ἢ σμικρὰς διανοίας τὸ πολέμιον νομίζων τὸ σῶμα τ' ἔθνεώς ἀποστειμένον τὸ χεῖρ, κελίποτος δὲ ἢ ἐπολίμει; ἢ ἕως τι διαφρον δὲ φων τὸς ἄτος τοτο πικρῶν τῶν κινῶν.

De ijs, qui famiūt in homines mortuos.

κυνῶν, αὐτοῖς λιθοῖς εἶς ἂν βληθῶσι χα-
λεπαίνουσι, τῷ βάλαντος ἐκ ἀπόμειναι;
ἐδὲ μικρὸν, ἔφη. ἰατῖον ἄρα τὰς νεκρο-
συλίας, καὶ τὰς τῶν ἀναίσθητων διακω-
λύτης. *Nonne videtur illiberale & animi
plandē sordidi, muliebris ac pusilli, cadaver
spoliare. & mortui corpus hostem putare,
cum hostis ipse abierit eo relicto, quo pugna-
bat? Quid putas eos, qui ita se gerunt, differ-
re à canibus in iactos lapides saucientibus,
eo qui iecerit pratermissō? Nihil differunt
profectō. Itaq; ab eiusmodi pradationibus
abstinendum est, obsunt enim victoria. Cui
quodammodo congruit quod in formula
quadam Comitum priuatorum nō minus
arguē, quam piē inculcat Cassiodorus
lib. 6. Variarum: Defunctorum sacrā quie-
tem æquabilia iura tuæ conscientie com-*

miserunt, ne quis vestita marmoribus se-
pulchra nudaret, ne quis columnarum de-
corem irreligiosa temeritate præsumeret,
ne quis cineres alienos, aut longinquitate
temporis, aut voraci flamma consumptos,
seclerata perferutatione detegeret, ne cor-
pus, quod semel reliquerat molestias mun-
danas, humanas iterum pareretur insidias.
Nam etsi cadavera furta non sentiunt, ab
omni pietate alienus esse dignoscitur, qui
aliquid mortuis abrogasse mōstratur. Pos-
sem huc referre plura de laceratis mor-
tuis, vel sepulchris suis oclusis, vel etiam
in publicis supplicij locis existentibus, de
quibus mirum quantum blaterat rude vul-
gus, & habet nonnulla libellus Iocoserio-
rum; sed ne videar vera cum fabulosis cō-
fundere, nihil vltra addam.

Locus
Cassiodo-
ri.

De Morte & Amore.

EMBLEMA CLV.



TERRA.